


Christian Heinrich Breuning

**Interpretationis Ex Herennio Modestino ...**

**Specimen II : ... Epistola Gratulatoria Ad Viros ... Gottlob Siegismvnd Hesemann  
Levcopetrensem Et Ioannem Fridericvm Pierer Altenbvrgensem**

Lipsiae: Ex Officina Langenhemiana, [1752?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn87065392X>

Band (Druck) Freier  Zugang











K. K. — 1 (49.)












57 N<sup>o</sup> 8

H. Breuningii Dissertationes  
et Programmata.

XLIX.







P.

127

SPECIMEN II  
INTERPRETATIONIS  
EX  
HERENNIO MODESTINO  
C V I  
PRAEMISSA EST  
EPISTOLA GRATVLATORIA  
A D  
VIROS PRAENOBILISSIMOS  
DOCTISSIMOS  
GOTTLOB SIEGISMVND  
H E S E M A N N  
LEVCOPETRENSEM  
E T  
IOANNEM FRIDERICVM  
P I E R R E R  
ALTENBURGENSEM  
A COLLEGII DISPUTATORII  
SVB PRAESIDIO  
VIRI CONSULTISSIMI AMPLISSIMI EXCELLENTISSIMI  
D. BREVNINGII  
INSTITVTI SOCIIS  
MISSA

---

L I S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA



RECTORI  
INTERPRETATIONIS  
HERENNIO MODESTINO  
EPISTOLA GRATULATORIA  
VIRI PRÆNOBILISSIMO  
D. OTTO S. M. S.  
GOTTLIOB. SEIGISMUND  
HESSEMAN  
IOANNEM FRIDERICUM  
P. I. E. R. E. R.  
A. COLLEGII DISPUTATORI  
S. P. B. PRÆSIDI  
H. I. CONSULISSIMO AMPLISSIMO  
D. BREVNINGII  
INSTITUTI SOCI



V I R I  
PRAENOBILISSIMI  
DOCTISSIMI PRAESTANTISSIMI

**E**sset profecto contra leges amicitiae, **VI-  
RI PRAENOBILISSIMI**, vehe-  
menter a nobis peccatum, nisi de singu-  
lari **VESTRO, AMICI DOCTIS-  
SIMI** honore, quem edito eruditionis et scien-  
tiarum iuris perfectissimis speciminibus acquisi-  
stis, amice gratulareremur. Haud nova est nostra  
amicitia, tot vero documentis confirmata et pro-  
bata, ut iure quodam perfectissimo prope hoc a no-  
bis exigere queatis amicitiae documentum. Ex-  
citant **VESTRA** exempla nos, ut **VESTRA**  
tandem sequamur vestigia. Incitat **VESTRA**  
Scientia nostram discendi cupiditatem, auget de-  
nique honor **VESTER** amicitiae nostrae glo-  
riam. Quapropter aliter fieri non potuit, quam



vt monumentum nostrae amicitiae nostrorumque  
VOBIS deditissimi animorum publice ponamus.  
VOBIS itaque, VIRI PRAENOBILISSI-  
MI, amplius gratulamur, optantes, vt Summum  
Numen VESTRAM diligentiam et industriam,  
quam in apprehendendo iure collocastis, felicissime  
coronet vtque Scientiarum VESTRARVM  
optimos capiat fructus. TV vero DOCTIS-  
SIME PIERER, cum nos deseris ab academia  
ad patrios discedens penates, quod amplius nobis  
praesentibus non licet frui TVA diutius amici-  
tia nobis iucundissima et dulcissima; fac, serua  
nobis eam perpetuo, nec permitte, vt absentia  
TVA necessaria finem faciat tam fortissimo vin-  
culo. Abi ergo felix ad CONSVLTISSI-  
MVM TVVM PARENTEM, et si no-  
stra quid valent vota, ea erunt, vt familiae  
TVAE splendidae gloriam non conserues tan-  
tum, sed quotidie augeas. Hoc vero exigimus,  
vt VOS perpetuo amicitiae nostrae memores esse  
velitis: Valetate vero, AMICI DOCTISSI-  
MI, nobisque omnibus fauete. Valetate. Daba-  
mus Lipsiae die XXVI. Sept. CICIICCLII.

HEREN-





HERENNIVS MODESTINVS  
DE  
EXCVSATIONIBVS  
LIBRI I.  
FRAGMENTVM II.  
LEX XXI.  
DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS  
D A T I S.

Εἰδέναι δὲ τοὺς ἀρχοντας, ὅτι κηράτορας ἀφίλιξι γυναῖκας οὐ χειροτονήσουσι. Scire oportet Magistratus, quod curatrices minoribus mulieres non creabunt.  
§. I.

COMMENTARIVS.

γυναῖκας) excludit Iurisprudencia Romana feminas a tutela et cura, ita vt generaliter veteres affirmant ICTI, feminas tutores esse non posse, quod praeter MODESTINVM expresse innuit NERATIVS in L. 18. π. de tutelis, addita ratione, quia munus masculorum est, seu vt CAIVS L. 16. π. eod. scribit, quia plerumque officium virile est. τὸ πlerumque vero docet, per exceptionem etiam interdum feminis tutelam committi, idque primum nulla alia via, nisi Principis Rescripto: nec feminis, sed saltem matribus; ita enim philosophatur NE-



§. I. Εάν μήτηρ ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἀπέσει γράψῃ υἱοὺς κληρονόμους, ἘΑΝ ἈΠΟΔΥΘΩΣΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ἘΞΟΥΣΙΑΣ. §. I. Si mater sub hac conditione scripserit filios heredes, SI SOLVITI PATRIS POTESTATE FVERINT. Solutis his ἀπολυ-

## COMMENTARIUS.

RATIVS *cit. leg. nisi*, inquit, a Principo filiorum tutelam specialiter postulent: Eo vero suo iure procedebant Romani, ut ne quidem mater in testamento tutor dari posset a patre, idque expresse affirmat PAPINIANVS in *L. 26. π. de test. tutel. Iure nostro*, inquit, *tale communium liberorum matri testamento patris frustra mandatur*: et sic generaliter Otaciliae rescribit Imp. ALEXANDER in *L. 1. C. quando mulier tut. offic.* Verba sunt: *Ultra sexum femineae infirmitatis id officium esse ratus*. Accuratius vero constituerunt VALENTINIANVS THEODOSIVS et ARCADIVS A. A. A. in *L. 2. C. quando mul. tutor. offic.* quae obseruanda sint, si matres ad tutelam admitti debeant. Breuius vero LEO *Basilicōn Lib. XXXVII. Tit. V. Tom. IV. p. 830.* haec sinit et regulam firmat: *ἡ γυνὴ ἔκπερατωρέσει i. e. Mulier curatoris officio ne fungatur*. Veram causam vero cur non possint mulieres, habet *Marc. Vertran. MAVRVS de Iur. Liberor. cap. XXXI. Otton. Thesaur. T. III.* eamque in perpetua mulierum tutela inuenit.

Εάν ἀπολυθῶσι τῆς τῶ πατρὸς ἐξουσίας.) Sicut patri tantum dederunt iura, ut quicquid acquirant liberi, ipse haberet, nisi militiae et liberalium artium fauor, imo interdum voluntas donantium vel legantium duriora illa iura mitigent: sic nec pater a quoquam cogi potest, ut suo iuri renuntiet, nisi leges emancipandi necessitatem ipsi iniunxerint, quale quid statuit *L. 12. C. de Episc. Audient.* Recte ergo scripserat PAPINIANVS apud VLPINIANVM in *L. 92. π. de cond. et demonstr.* Patrem non esse cogendum emancipare filios suos. Legato itaque patri relicto, ut filios suos emancipet, iura Patriae potestatis nihilominus patri salua manent, nisi ipse legatum ceperit et capiendo vltro se obligauerit, ut est in *L. 92. cit. ad quam v. Ioan. Theoph. HEINECCIUM ad Instit. §. 198.* At si filiis relicta sit vel hereditas vel legatum sub conditione: SI PATER EOSDEM EMANCIPAVERIT: videtur quidem autoritas D. SEVERI tanta, ut pater cogendus sit, emancipare liberos. *c. L. 92.* Sed et frustra cogetur, nisi prius adeundo hereditatem se ipsum obligauerit quod factum in illo themate *L. 92. cit.* Qua enim ratione cogetur ad



ἀπολυθέντων, καὶ διὰ τοῦτο et propter hoc heredibus  
 κληρονομησάντων, αὐτὸς ὁ ipse pater curator creari  
 πατὴρ κούρατωρ χειροτονη- non poterit, etiamsi volue-  
 θῆναι οὐ δύναται, κἄν βου- rit: vt non alia via hoc,  
 ληται ἢ αὐτὴ ὁδῷ τοῦτο quod noluit testatrix, fiat,  
 ὅπερ οὐκ ἢ βουλήθη ἢ δια- Et hoc ita a Diuo SEVE-  
 θεμένη, γένηται. Καὶ τοῦτο RO promulgatum est.  
 οὕτως ὑπὸ τοῦ Θειοῦ ΣΕΒΗ-  
 ΡΟΥ νενομοθέτηται.

§. II. Ἀλλὰ κἄν τις ἀπὸ §. II. Sed et si quis a pa-  
 γονέων κολύθη ἐπιτροπέειν rentibus prohibitus fuerit tu-  
 τοῦτον

## COMMENTARIUS.

ad restituendum, nisi prius adeundo hereditatem consecutus esset. Nihil ergo haec conditio adiecta nocet patriae potestati, sed si hereditatem vel legatum sub eadem conditione relictum repudiauerit, permanent liberi sub potestate patria. At si tamen pater forsan in gratiam suorum liberorum eosdem emancipauerat, quaestio mouebatur, apud Modestinum, an curator filiorum suorum esse possit. Negat id Ictus et recte, quippe noluerat mater, vt administratio honorum amplius patri competeret, quam tamen haberet, si curator factus sit. Hinc summo iure a tutela excluditur et cura, si mater voluerit, vt liberi sibi bona habeant, non patri. Rationem huius iuris, quod a Diuo SEVERO provenit, vnice quaeramus in testatrix voluntate, voluntatis enim vltimae fauor eo procedere solet.

κἄν τις ἀπὸ γονέων κολύθη ἐπιτροπέειν.) Filios familias recte tutores dari docet VLPIANVS in L. 7. π. de tutel. Non vero pater poterit prohibere, quominus filius tutor detur, quod tamen placuit ALCIATORO *Parergōn Lib. II. cap. 29.* qui hoc loco Modestinum agere putat de illo themate, vbi pater filium prohibuerat, ne tutor fiat, quem vero recte refutat *Ferand. ADDVENSIS Explicat. L. I. h. I.* prouocat enim ad L. 31. π. de Excus. quod forsan typographi vitium est, cum sit L. 15. §. 17. eod. quae ex ipso Modestino nostro et quidem Libro Sexto Excusationum transcripta est. Ait ibi Ictus, ipsum patrem tutorem creandum, si pro filio cauere nolit. Facit huc L. 7. ff. de tut. qua scribit VLPIANVS: *Si filius familias tutor a Praetore datus sit: siquidem pater tutelam agnouit, in solidum debet teneri: Si*



τοῦτον οὐτε χειροτονεῖσθαι tor esse; hunc neque crea-  
 προσήκει. Κἄν, χειροτονη- ni oportet: et si creatus sit  
 θεός

## C O M M E N T A R I V S.

*Si non agnuit, duntaxat de peculio.* Vide quae in hanc rem disputa-  
 tar. Nic. Ian. BESOIE *Diss. Inaug. de iis, qui testamento tutores dari*  
*possunt. Traiecti ad Rhen. CIOCCCXXII. Thes. II.* Recte itaque  
 filius familias tutor dabitur, si alias idoneus videtur, ita, vt vel pa-  
 ter caueat et in solidum teneatur, vel si non agnouerit, tantum  
 peculiotenus obligatus sit, quo illud quoque Thema facit, quod  
 habet MARCELLVS in *L. 21. ff. de admin. et pericul. tut.* Hinc et  
 VLPIANVS in *L. 6. π. d. tut. et rat. distrab.* quaestionem mouerat,  
 an et pater teneatur, si filius post emancipationem in tutela dolum  
 commississet, et recte censet: aequum esse, vt eum duntaxat dolum  
 pater praestet, qui commissus est ante emancipationem filii. Adde eun-  
 dem VLPIANVM in *L. 11. eod.* Si vero in fraudem Legis pater  
 filium tutorem fieri nolit, ipse pater tutor ex *Rescripto HADRIANI*  
 creandus est. Scripsisset vero contra ius Modestinus, si tantum  
 prohibitioni paternae tribuisset, vt ob eandem filius familias excu-  
 sationem mereatur Bene ergo *Adduensis* explicat de alio, quem  
 pater prohibuerat tutorem dari, videlicet, si scripserat testamento:  
 PROHIBEO, NE MEIS LIBERIS C. SEIUS TVTOR DETVR:  
 quemuis alium quidem tutorem dabit magistratus, C. Seium non  
 dabit, et, si dederit, neque ipse se excusauerit, prohibitione testa-  
 mento facta, prohibetur tutor esse, quod VLPIANVS in *L. 4. π.*  
*de suspect. tut. et curat.* putat, et hunc prohibitum desinere tutor esse,  
 licet Praetor non remouerit, quia magis suspecti remouentur. Qua-  
 propter idem suadet *cit. L. 4. vt decreto causam remouendi significet,*  
*vt de existimatione appareat.* Is enim, qui vt suspectus remouetur,  
 quod dupondiis notum, amittit famam, non aequae, si quis ob se-  
 gnitiam, rusticitatem, inertiam, (quod male quidam in inopiam mutant,) *simplicitatem*  
*tutela vel cura abeat,* vt habet VLPIANVS in *L. 3. §. ult. π. de susp. tut.*  
 vel si vinculo necessitudinis vel affinitutis pupillo  
 coniunctus sit, vel si patronus liberti tutelam gesserat, et remouen-  
 dus sit, vt placet MODESTINO in *L. 9. π. de susp. tut.* Sic et is,  
 quem tutorem dari parentes prohibuerant, datus remouendus erit,  
*μενόςος τῆς ἐπιτιμίας,* quod exprimit VLPIANVS in *cit. L. 3. §. ult.*  
*de suspect. tut.* integra existimatione. Notat *Adduensis* in quibus-  
 dam libris legi *epitimio.* Sed haec nos nihil morantur, plura dabit  
 ALCIATVS. *Parergon, L. II. c. 29.*



Θεῖς μὴ παραιτήσεται κω-  
λύεσθαι αὐτὸν ἐπιτροπέυειν,  
μενούσης τῆς ἐπιτιμίας.

§. III. Τοὺς ἐν πρεσβείᾳ ὄν-  
τας μὴ χειροτονείτωσαν ἐπι-  
τρόπους ἢ κουράτορας οἱ ἀρ-  
χοῦντες

nec recusauerit, prohiberi  
eum esse tutorem manente  
epitimia.

§. III. Eos qui in legatio-  
ne sunt, nec creent tutores  
vel curatores magistratus:

ΧΟΥΤΕΣ

## COMMENTARIVS.]

μη παραιτήσεται.) Rectius transfert et ex arte iuris *Ant.* AVGVSTINVS.  
*h. l. neque se excusauerit:* idem enim est, quod THEOPHILVS  
*Paraphrast. h. v. toties expressit ἐξουσιάζειν, et tutor, qui se excusa-*  
*uit, dicitur κωλύμενος τῇ ἐξουσιάζειν.*

ἐν πρεσβείᾳ ὄντας.) Eos, qui rei publicae causa absunt, a muneribus  
publicis vacationem habere, sciunt omnes, non vero hi tantum  
excusantur, sed et ii, qui reipublicae causa *adsunt*, et ratio est,  
quod iam munus publicum gerunt. Excusantur ergo tutelae curae  
ne munere non solum, qui legati missi sunt in prouincias, sed et  
ii, qui Romam uenerunt. Tale quid innuit Modestinus *h. l.* qui haec  
verba de eo, qui Romae aut alio in loco est legatus, ne a prouin-  
ciali magistratu tutor detur explicat: oppositiue forsan verbis: ὁ  
ἐν Ῥώμῃ ἄρχων, imo, quod οἱ ἀρχόντες saepius *Praesides prouinciarum*  
inducunt, uti in *L. r. §. 7. π. de Excusat.* scriptum est. Potest uero  
et explicari de omnibus iis, qui reipublicae causa absunt, quos uel  
Roma in prouincias misit, uel prouinciales Romam, hos neque Pro-  
uinciales magistratus, illos neque Romani curatores uel tutores  
recte dabunt. Id et THEOPHILO *Lib. I. Tit. XXV. §. 2.* placet,  
ait: οἱ reipublicae causa ἀπόντες ἐξουσιάζονται. Aliter uero sentit  
*Conr. RITTERSHVSIVS* ad *Instit. Tit. de Excus. §. 2.* in iis, qui ci-  
uitatum seu municipiorum causa mittuntur, quippe hi priuatorum lo-  
co habentur. *L. 17. π. de V. S.* Sed alia causa est honorum municipi-  
porum, alia legationum: et in his a municipio missis iusta absentia  
satis erit ad excusationem allegandam. Causa uero, cur legati et  
qui Reipublicae causa absunt liberentur a tutelis, vnicuique quaeren-  
da est in fauore Reipublicae, cuius causae et commoda negligere-  
rentur, si ab iis suscipiendis et curandis tutelis et curis ciues reti-  
nerentur. Non uero a suscipienda tutela legati liberantur, etiamsi  
redierint per annum, sed quoque a iam susceptis, quo usque du-  
rat legatio, reducibus uero ipsis demum denuo tutelae onus in-  
cumbit.

B

Ἐπι-



χοντες· ἐπειδήπερ παρ' ὃν χρόνον πρεσβέυσω, ὁ κίνδυνος αὐτοῖς οὐ διαφέρει.

§. IV. Ἐάν ἐπαρχιακὸν ἄνθρωπον πρεσβέυοντα, ὁ ἐν Ρώμῃ ἀρχῶν δῶ ἐπιτροπὸν, ἀφεθήσεται.

§. V. Πρὸς τοῖς λοιποῖς διαίαις δεῖ τὸν ἀρχοντα καὶ τοὺς τρόπους τῶν μελλόντων χειροτονηθήσασθαι σκοπεῖν· ἕτε γὰρ εἰσία, ἕτε ἀξίωμα ἕτως ἰκανὸν πρὸς πίσιν, ὡς ἀγαθὴ προαίρεσις καὶ Χρήσοι τρόποι.

quia per id tempus, quo in legatione sunt, periculum ad eos non pertinet.

§. IV. Si praefectorium hominem in legatione existentem, Romanus princeps dederit tutorem, dimittetur.

§. V. Cum reliquis oportet magistratum et mores creandorum inuestigare; neque facultates enim neque dignitas ita sufficiens est ad fidem, ut bona electio vel voluntas et benigni mores.

§. VI.

### COMMENTARIUS.

(Ἐπαρχιακὸν ἄνθρωπον) Male hunc barbarus interpres vertit *praefectorium hominem*. Vbi vero *ἐπαρχία*, quod vel ex THEOPHILO *h. t. princ.* patet *provincias* denotant, recte *Provincialem* transfert *Ant. AVGVSTINVS. h. l.* qui *ALCIATVM* reprehendit, quod eos oriundus solum dixerat, quorum maiores aliquo loco orti sunt. *Provinciales* enim apud *VLPIANVM* in *L. 19. off. de V. S.* dicebantur, qui in *provincia* *domicilium* habent, non qui ex *provincia* oriundi sunt.

(ὡς ἀγαθὴ προαίρεσις καὶ χρήσοι τρόποι) Breuius haec dat *LEO Basiliens.* *Lib. XXXVII. Tit. IV. p. 830.* Verba sunt: *οἱ ἀγαθοὶ τρόποι ἀξιοπρότεροι εἰσι πρὸς ἐπιτροπήν, καὶ εὐσίας καὶ ἀξιώματος. i. e. Boni mores maiorem fidem merentur in tutela, quam facultates atque dignitas.* Sicuti autem tutori educandi pupillum cura incumbit, interest vero Reipublicae, ut omnino bonos ciuitas alat ciues, sic rectius in dando tutore cura prima venit, ut pupillo tutor detur, cui salua fama est fidei et existimationis, quique ad bonos mores pupillum ducere potest. Haec *prima* cura esto. *Altera* sit, ut securitatis rationem habeat magistratus, ne bona pupilli damnum patiantur. Hinc *Diu. MARCVS*, imo vel ipse et frater imperii focii rescripserunt teste

IVSTI-



§. VI. Διὰ παντός δὲ μά-  
λιστα τὸ παρατηρεῖταισαν οἱ  
ἀρχοντες, μὴ χειροτονεῖν τὰς  
βουλευμένους ἐπιρῦπτειν ἑαυ-  
τοῖς, ἵνα χειροτονηθῶσι καὶ  
ἀργύριον δίδοντας· τούτους  
γὰρ καὶ κολάσει ὑπευθύνους  
εἶναι, νενομοθέτηται.

§. VI. Semper autem ma-  
xime hoc obseruent magi-  
stratus, ne creent eos, qui  
se ipsos volunt ingerere, vt  
creentur, quique pecuniam  
dant; hos enim poenae ob-  
noxios esse, promulgatum  
est.

## COMMENTARIUS.

IUSTINIANO §. 6. I. de Excus. paupertatem excusare a tutelae sus-  
cipiendae onerae, rati in paupertate raro satis securitatem inueni-  
ri posse, quod lepide THEOPHILVS cit. Tit. et §. inter commoda  
paupertatis refert, ὥστε οὐκ ἐστὶν εὐρεῖν καὶ πέναν ἐπωφελεῖ. Sed nec vbi-  
que excusat paupertas, in tantum vero, Si, vt vult Iustinianus cit. §.  
pauper imparem se iniuncto oneri possit docere, recteque argumentatur  
VLPIANVS in L. 8. ff. de susp. tut. tutorem, quamuis pauper fit,  
fidelis tamen et diligens, remouendum non esse quasi suspectum, quem-  
admodum nec in iis semper, qui locupletes sunt, et quibus aurum  
est pro anima, fides et integritas inest, vt hi soli apti ad gerendas  
curas et tutelae videantur, nisi in his vitae institutum decens et probi  
mores, vt rectius Modestini verba transtulit Ant. AVGVSTINVS.  
h. I. simul reperiantur.

τὸς βουλευμένους ἐπιρῦπτειν.) Tutor ab omni suspicione liber esse debet,  
in quam tamen incidit, si se tutelae ingerit, imo pecunias dat, vt  
tutor creetur. Quis enim frustra sibi nummis onera redimeret?  
nisi qui vel infans sit, vel fraude lucrum inde quaerat. THEOPHI-  
LVS Paraphr. Tit. de Excus. §. 5. eiusmodi tutelae appellat ἐπιτηδεύσας  
κουρατίονες, quod exprimit IUSTINIANVS eod. tit. affectatas. Neque  
vero eiusmodi homines ad tutelam suscipiendam admittendi, vt no-  
ster putat, imo eosdem κολάσει ὑπευθύνους arbitratur, cuius poenae  
MARCIVS in L. 9. π. de tutel. ita mentionem iniicit: In eos, in-  
quit, extra ordinem animaduertitur, qui probentur, nummis datis tu-  
telam accepisse, vel pretio accepto operam dedisse, vt non idoneus tutor  
daretur. At quid? Si nihilominus ad tutelam admissi, quam adfe-  
ctatam gerebant: oriebatur quaestio: an affectata illa in numero trium  
tutelarum computetur, quae a quarta suscipienda excuset? Negat id  
MODESTINVS, in L. 15. §. 15. π. h. t. imo negauit postea quoque  
IUSTINIANVS §. 5. I. eod.

Sed plura addere nec locus, nec instituti ratio permittit.





VI. Annotatio de rebus...  
VII. Annotatio de rebus...  
VIII. Annotatio de rebus...  
IX. Annotatio de rebus...  
X. Annotatio de rebus...  
XI. Annotatio de rebus...  
XII. Annotatio de rebus...  
XIII. Annotatio de rebus...  
XIV. Annotatio de rebus...  
XV. Annotatio de rebus...  
XVI. Annotatio de rebus...  
XVII. Annotatio de rebus...  
XVIII. Annotatio de rebus...  
XIX. Annotatio de rebus...  
XX. Annotatio de rebus...  
XXI. Annotatio de rebus...  
XXII. Annotatio de rebus...  
XXIII. Annotatio de rebus...  
XXIV. Annotatio de rebus...  
XXV. Annotatio de rebus...  
XXVI. Annotatio de rebus...  
XXVII. Annotatio de rebus...  
XXVIII. Annotatio de rebus...  
XXIX. Annotatio de rebus...  
XXX. Annotatio de rebus...

COMPARATIO

INSTITIO M. O. D. I. S. T. I. N. O. M. I. N. I. S.  
I. Annotatio de rebus...  
II. Annotatio de rebus...  
III. Annotatio de rebus...  
IV. Annotatio de rebus...  
V. Annotatio de rebus...  
VI. Annotatio de rebus...  
VII. Annotatio de rebus...  
VIII. Annotatio de rebus...  
IX. Annotatio de rebus...  
X. Annotatio de rebus...  
XI. Annotatio de rebus...  
XII. Annotatio de rebus...  
XIII. Annotatio de rebus...  
XIV. Annotatio de rebus...  
XV. Annotatio de rebus...  
XVI. Annotatio de rebus...  
XVII. Annotatio de rebus...  
XVIII. Annotatio de rebus...  
XIX. Annotatio de rebus...  
XX. Annotatio de rebus...  
XXI. Annotatio de rebus...  
XXII. Annotatio de rebus...  
XXIII. Annotatio de rebus...  
XXIV. Annotatio de rebus...  
XXV. Annotatio de rebus...  
XXVI. Annotatio de rebus...  
XXVII. Annotatio de rebus...  
XXVIII. Annotatio de rebus...  
XXIX. Annotatio de rebus...  
XXX. Annotatio de rebus...


Sed quia addere nec locus, nec infiniti ratio permittit.

\*\*\*











triberet testator filios, testamentum postea rescinde-  
 relata inofficiosi testamenti, sicque intestatus decede-  
 re, vt ergo id euitaretur, remedium inuentum nonnulli  
 si inter viuos bona aliis donarent, quo facto si ni-  
 hil superesset, nihil veniret ad liberos, quibus anti-  
 quum remedium, cum testamentum haud adesset, do-  
 natio inter viuos firmatae atque irreuocabiles essent, quo  
 bonis paternis consequi possent liberi. Patet id ex  
*inoffic. donat. ex verbis: Si, vt allegatis, mater ve-*  
*dendam inofficiosi querelam, pene vniuersas faculta-*  
*rum ageret in rebus humanis, factis donationibus siue*  
*liberos, siue in extraneos, exhausit; caet.*

## §. IV.

hanc ergo fraudem infringendam legi factam, quae  
 vim constituit, postea introducta est *querela in-*  
*officionis*, qua rescindebatur donatio in fraudem suc-  
 cessionis legitima facta. Argumentum huic iuri introdu-  
 ctum est *querela inofficiosi testamenti*. Hinc VALERIA-  
 NUS in *L. 2. C. de inoff. donat.* expresse re-  
 ducit similitudinem inofficiosi testamenti *querelae auxi-*  
*lium impertiet*. Porro Imp. DIOCLETIA-  
 NUS in *L. 4. C. eod.* hocce remedium ad-  
 ducit ad donationes vocant *auxilium ad instar inoffi-*  
*cosi*. Amplius eidem in *L. 6. C. eod.* rescribunt: *De*  
*inoffic. donat. ad exemplum inofficiosi testamenti praeses*  
*inoffic. donat. iurisdictionis suae partes exhibebit.*

## §. V.

rescribuntur ergo ab iis, qui in legitima immodica dona-  
 tione mortuo parente donatore, facta donatio inter  
 viuos.

A 3

viuos.

